

Turris, eamque ſimiliter firma cum ſemicirculo ut ne dimoveantur.

Metire deinde à Turris plantâ uſque ad Inſtrumentum, quot pedes habeas: veluti ſinge te habere pedes 376. Tot igitur in Regula A F puncta quere, nempe 376 & Dioptram H illuc volve. Motâ porrò Regulâ A E. ut perpendiculariter erecta ſtet ſic ulterius operare: Volve Dioptram G. ſuperne ad Regulam, & perpendicularum cum circulo ei appende, & rectumne ſit ſtatim deprehendes: tunc cochleâ Regulam ſiſte.

Viſus deinde ſit per Dioptram H. in altitudinem Turris quaſitam quam Dioptram tantisper volves, dum & vtramque Dioptram & quaſitam altitudinem rectâ conſpicias: reperiſque ad Dioptram G. in Regula 360. qua altitudo Turris eſt quaſita, pedum ſcilicet 360. pedibus ſiquidem à plantâ Turris uſq; a d Inſtrumentum eſt menſus.

### C A P V T X I.

*De Inſtrumenti uſu in dimetienda diſtantiâ projecturarum  
Turris ab invicem, & item diſtantiâ à projecturâ  
ſupremâ ſtationeque Menſoris ad Turris  
verticem.*

**D**I S P O N E & move Inſtrumentum juxta doctrinam capituli 10. tunc à plantâ Turris b. metire, quot pedes habeas, reperiſque pedes 275. Volve inde Dioptram H inter A F. ad puncta 275. & Regulam A E move perpendiculariter, ac volve Dioptram G verſus projecturam infimam Turris c. reperiſque puncta 60. Volve porrò Dioptram G. ad projecturam d. reperiſque in Regula cum Dioptrâ puncta 90. Volve Dioptram etiam ad projecturam e. reperiſque puncta 120. Item volve Dioptram G. in altum ad projecturam f. reperiſque puncta 150.

Volens